

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - III, 06 : De Parcis](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 06 : De Parcis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :
[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[23\] : De Parcis](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - III, 06 : De Parcis](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 07 : Des Parques](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 06 : Des Parques](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 206-211

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Parques](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

necessarias faciendus est sumptus, grauius ferre, discerniari, & propè pta morore insanire. quod si vlla necessitas opes ipsas in lucem extraxerit, tum reciamat auarus, & nulla cum dignitate vel iudicio ipsas profundit: quare visa luce Cerberus vomuisse dicitur. habet multorum capitum numerum, vel quia multorum scelerum & flagitiorum principium & fons est auaritia, vel quia mortales in multas miseras inducit, cum alii ferro, alii veneno, alii aliis insidiarum generibus propter diuitias opprimantur. quippe cum nullus sit auarus, quem & filii, & vxor, & coniuncti omnes non quam citissimè decedere cupiant. Dicitur est Cerberus in obscura spelunca habitare, quoniam omnium propè vitiorum stultissimum sit auaritia: cum neque sibi proffit, nec reliquis, nec sibi vel posteris gloriã comparare studeat, sed semper inter sordidos & obscuros homines versetur. At Hercules, quæ virtus est animi magnitudo, Cerberum in lucem extraxit, ubiq; perpetuam gloriã comparauit. Quis enim sine opibus facile esse sibi viam ad perpetuam nominis affirmauerit? Ille sanè nihil aliud putandæ sunt à viris prudentibus, quam commodiores rationes rerum præclare gerendarum. nunc de Parcæ dicendum.

De Parcæ.

CAP. VI.

ET quoniam nihil horum sine Parcæ imperio & voluntate fieri poterat, vt creditum est ab antiquis, tempus iam postulat vt de illis loquamur. Fuerunt autem Parcæ sorores tres, ita concordēs, vt nulla vnquam illarum dissensio, sicuti ceterorum Deorum, audita fuerit. Has Iouis & Themidis fuisse filias scriptum reliquit Hesiodus in Theogonia hoc pacto,

Διὸς τρεῖς ἠγάγατο Λητορῶν θεῶν, ἠτίκειν ἠΐρας,
 εὐνομίην τε, δίκην τε, καὶ εἰρήνην τὴν ἀλῆαν·
 αὐτ' ἰσὺ ὠραίουσι καταδυστήσισι βροτοῖσι·
 μοῖρα δ' ἢ τε πλείω τιμῶν πρόματισταίηε,
 κλωθῶ τε, λάχισίν τε, καὶ ἄτροπος, αὐτὴ δὶδῶσι
 θεοῖσι ἀνθρώποισιν ἴχθη ἀγαθοὶ τε κακὰ τε.

Inde Themis duxit Saturnius: hæc parit Horat,

Eunomia atq; Dicensq; Irenen deinde Sirentem:

Omnia matur aut miseris mortalibus ista:

Parcas, quis multum mox Iupiter addit honoris,

Clothoq; & Lachesis simul Atropos. Hæc bona cunctis,

Hæc

Haec mala dant, natiūque suos res quaeque geruntur.

Idem tamen poeta in eodem libello Noctis filias & Parcas & Mortes, siue fata malueris nominare, fuisse scribit, cum illas inter Noctis filias connumeravit, ut patet ex eo versu:

ἔξι μαιράε ἐξί κήραε ἑγείματα γηλοῖσιν ἔξι:

Es Parcas parit & Mortes mala multa ferentes.

Cui sententiae accessit etiam Orpheus, qui ita scripsit in hymno in Parcas;

μαίρω ἀπείρισται, Νυκτὸς φίλα τέκνα μαλαίης.

Immensa Parca, nigra autu pignora Noctis.

Alii Necessitatis, siue (ut aiunt Graeci) ἀνάγκης filias esse Parcas crediderunt. Has in spelunca quadam sublimi habitasse scripsit Orpheus, atque inde ad humana opera, ubi libuerit, euolare solitas;

κλυτὴ μὲν εὐχομένην πολυώνυμοι, αἶψ' ἐπὶ λίμνῃ

οὐρασίαι, ἢ αὖ λινκὸν ὕδωρ γυγίας ὑπὸ θέρμας

ῥήγνυται, ἢ ἐκίρω ἄπ' ἀπ' ὀμύχῳ, εὐλίθῳ ἀντ' ἄ

ναίονσαι, π' ὀτυδι βροτῶν ἢ ἀπείρονα γαίαν.

Audite orantem, celebres audite sorores,

Quae excelsum colitis stagnum, quae mormurat unda

De Nychia tepida, umbroso qua habitatis in antro

Marmoreo, celeres hominumque per arua volatis.

Alii putant has ex illa confusa & informi materia cum Panopaeonum Deo natas fuisse, quae Chaos ab antiquis fuit appellatae seque in illam speluncam recepisse, unde quocumque liberet facile conuolarent. creditae sunt ipsae Parcae esse Deorum scribae, atque quidquid euenturum esset nascentibus iam tum hominibus impartiri, ut testatur Homerus in lib. 4. Odyssaeae:

ἴνδα δ' ἔπειτα

παύονται ὄσα δ' εἰ λίμνῃ κατακλώθεισι βαρύνει

γυγίοντα ἢ αὖ λινκὸν, ἢ ἀπ' ὀμύχῳ, εὐλίθῳ ἀντ' ἄ

ille deinde

Caecula feret, quae Fata dabunt, Parcaeque seuera

Nascenti nemere parenti quando edidit ipsum.

Non defuerunt qui & id munus habere Parcas crediderint, & e nulla necessitate natas, sed maris esse filias, sicut innuit Lycophron in his versibus:

γυγίοντα ἴνδα δ' ἔπειτα ἀμύμονα τριπλοῖς

πύλαις κατακλώθειτο δ' ἠραιῆς ἀλῆς.

*Parce senis maris seuera filia,
Filia tribus iam destinant adulteros.*

Has parcas triformes nominauit Æschylus in Prometheo: quæ pro Diis summa religione colebantur apud Sicyonios, & eodem propè ritu, quo vocatæ Eumenides, vt testatur Pausanias in Corinthiacis. Harum Parcarum nomina varia fuerunt: nam vt scribit in Atticis Pausanias, Venus cœlestis vna fuit earum quæ Parcæ appellabantur, natu maxima. Idem scribit in Eliacis foeminam quandam apud Eleos sculptam fuisse dentibus & vnguibus aduncis quauis fera immaniorem, quam inscriptio vnã fuisse è Parcis significabat Mortam nomine. Idem rursus in Achaicis Fortunam omnibus sororibus Parcis potestate præcellere. deinde in Arcadicis, Lucinã Ἰουλῶν, quasi Lanificam dixerim, vnã esse putauit è Parcis, quæ dicta est Peptomene: quæ Saturno multo fuit antiquior: quod etiam sensit Lycius Delius antiquissimus poeta, qui hymnos cum in alios Deos, tum in Lucinam composuit. Patet ex his, è quibus genitæ sint Parcæ, & quot, & quod earum esset officium, & quæ illarum essent nomina; nunc quid occultatum sit sub his, inquitamus.

¶ Existimarunt antiqui, quibus Christianæ sapientiæ semina nondum innotuerant, omnia quæ nascerentur siue animalia, siue essent plantæ, siue ædificia ac ciuitates, non solum proprium habere Genium à quo perpetuò gubernarentur: sed etiam sub Parcatum atque fati potestate esse sita, ita vt quoties nasceretur aliquid, illi post certum dierum numerum ex ordine fatorum vel ferro, vel igne, vel ægritudine, vel sideratione, vel alio mortis genere esset pereundum: quam necessitatem nulla ratione, nullaque hominis prudentia deuitari posse putarunt: atque eandem vim in omnia sese extendere. Hanc vim Latini scriptores Fatum vel Parcã, at Græci μείρα vel αἴσρα dixerunt: de cuius fati necessitate ita scripsit Æschylus in Prometheo:

τὴν περὶ μίραν δὲ

χρὴ αἴσρα φέρειν.

Statutum verã

Opus est fatum perferre.

Id ipsum fatum inuicibile esse dixit ita Euripides in Ione:

αἰνικτὴν τὰ δ' ἴσι, καὶ τολμητίον.

τα

τὰ γὰρ παλαιὰ ἔδ' ὑπερβαῖα ποτ' ἄν.
Hæc sunt ferenda, convenit considerare.

Decreta fato præterire quis queat?

Sed hoc etiam apertius enucleavit Homerus in libr. 2. Iliadis, qui non solum multum tribuit fati, sed etiam propriam esse Parcam singulorum credidit, quæ quid euenturum esset singulis cum nascerentur, statueret:

μοῖραν δ' ἔτινά φημι πικρομένον ἴμμεναι ἀνδρῶν,
 ἢ αἰκῶν, ἢ δὲ μὲν ἰδλόν, ἢ πῶτα πρῶτα γίνονται.

*Non potuit Parcam quisquam vitare virorum,
 Fortis, vel timidus, cum visu luminis auræ.*

Et Apolin i. Arg.

Μοῖρας ἀνίπλων· πῶ γὰρ θέμιστ' ἔστ' ἀλύξαι
 ἐκταῖται. πάντα γὰρ πῶτα μὲν πείσεται ἕκαστος.

Implevit Parcam: mortalis vincere nullus

Quam potuit, circumvolitat septa omnia præter.

Arbitratus est Herodotus fatum non hominibus solum, sed etiam Diis ipsis dominari: qui ita scripsit in Clitorii παλαιῶν μοῖραν ἀδωῖα τὰ ἴσι ἀποφυγίει καὶ βίῳ: ipsum autem fatum denotare nec Dem quidem vello pacto potest. Quid aliud tres Parce, quam tria tempora, instans, elapsum, & venturum scilicet, existimare sunt: nam ut est in libr. de Mundo, siue Aristotelis sit, siue alius cuiuspiam, τρεῖς αἱ μοῖραι κατὰ τὸς χρόνοι μακρομένω. τῆμα ἀτράκτων τὸ μὲν ἐξήρασμένον, τὸ δὲ μέλει, τὸ δὲ περιεφρόμενον. τέτακται δὲ κατὰ μὲν τὸ μέγιστον μὲν τῆν μοῖραν ἄτρεπτε, ἐπεὶ τὰ περιλθόντα πάντα ἀτρεπτα κατὰ δὲ τὸ μέλι Λάχσει· ἐς πάντα γὰρ ἢ κατὰ φύσιν μὲν ἄτρεπτα κατὰ δὲ τὸ ἴσως κλωθῶ, συμπεριαινεσά τε καὶ κλωθῶσαι τε ἴσως. Tres sunt Parce iuxta tria tempora divisæ, quarum alia res transactas, alia venturas, alia præsentis significat. Nam una Parcarum Atropis nomine res præteritas spectat, quia quæ præterierunt, nulla ratione possunt converteri aut renovari. Alia quæ futuri curâ sortis est, Lachesis dicitur, quoniam qui rerum naturalium est euentus stabilis est. At Clotho præsentis perficit, illa ἤ, absolutæ, quæ sui sunt principia. Dicitæ sunt Parce stamina de colo nascentibus detinere, quibus univetsa vitæ fortuna contineretur: quia pro primo ætis temperamento, quem nascentes infantes imbibeunt, credita sunt à philosophis & mores, & fortunam, & actio-

tes, & vim etiam vitalem habere & haurire: quarum omnium rerum euentum ac finem Fatum siue Parcam appellarunt. illud ita esse testatus est Iuuenalis Satyra septima in his:

distat enim, qua

Sidera te excipiant modo primos incipientem

Edere vagitu, & adhuc a matre rubentem.

Illud sanè non negauerim plurimum posse in nobis aeris vim, quo nascentes primum imbuimur, tum ad vires corporis, ad temperamentum, & ad fortunæ benignitatem, quam imprimit in nobis occulta vis siderum, tum etiam ad morum bonitatem, & animi magnitudinem: quod etiam expressimus ita in nostro libello de Venationibus:

Scilicet & multum refert ad corpora, vires,

Et mores, genitale solum qua sidera spectent.

Nullam tamen vim astrorum esse putamus tantam, quæ vim inferte vel nolentibus nobis possit, vel rationis consilii que potentiam opprimere: siquidem corpus animi habentis, at non contrà, corporis animus patet & obtemperat. Neque me tamen præterit, quidquid ex antea actis rebus accidat, illud fatum à vulgo sapientum vocari solitum, quod alij Fortunam vocarunt, cum minimè viderent omnia diuino quodam ordine gubernari, ac nihil frustra accidere, neque è nullis antecedentibus principiis.

¶ At nunc, quid ad morum probitatem sub his occultari senserint antiqui, ex his discutiamus. Cum Parcas Iouis & Themidis, quæ iustitia est, filias esse dicerent: illud significare voluerunt, quidquid unicuique eueniret, illud & iure, & pro meritis, rerumque gestarum dignitate contingere, & altissimi Dei consilio. Qui verò minus erant perspicaces, & in his magis cæcutiebant, illi non pro meritis singulorum, sed ex inordinato fortunæ cursu mala & bona hominibus euenire putarunt: quare ex illa prima confusa materia Parcas euocatas dixerunt. Qui ex inscitia hominum mala contingere putarunt, ij Noctis filias Parcas appellarunt. illi verò etiam qui obtusore adhuc fuerunt ingenio, neque diuina providentia res humanas gubernari, neque quidquam diuino consilio regi putarunt, sed solam suppliciorum acerbiter considerantes, minimè perpendentes scelerum grauitatem, quia omnes maris filij crudeles & inordinati fuerunt, Parcas maris esse

filias

Filias sunt arbitrari. Diuinus præterea Plato Parcas Necessita-
tis filias nominauit in duodecimo dialogo de Rep. quoniam
supplicia, quæ pro rebus gestis hominibus debentur, necessa-
rio subeunda sunt, neque quispiam vir malus Dei vindictam
instamdenique effugere potest. Hæ dictæ sunt in spelunca
quadam obscura habitare solitæ, quoniam occulta sunt Dei
iudicia, neque statim ad sceleratos homines conuolant suppli-
cia, verum vbi opportunum tempus vindictæ Dei accesserit,
nulla neque arx munitissima, neque legio peditum, aut cata-
phactorum equitum præsidia possunt ab homine nefario
Dei vindictam depellere vel retardare. Atque hæc dicta sint de
Parcis, pro quarum arbitrio animæ ad inferos accedere puta-
bantur: nunc de iudicibus inferorum dicamus.

De Minor. CAP. VII.

SED quoniam vulgus imperitorum non facillè intellige-
bat, omnes animi nostri recessus, omnesque cogitationes
Deo esse conspicuas, quare vel præmia vel supplicia singu-
lis pro meritis tribuerentur: idcirco necesse fuit crassa quadam
& populari ratione hominibus id fieri aliquo pacto persuade-
re: quare iudices & tortores animarum post mortem apud in-
feros constituti sunt, qui singulos confiteri sua scelera cogere-
rent, vt singulis deinde vel præmia vel supplicia pro seuerorum
iudicum sententia darentur. Inter hos iudices præcipuum lo-
cum obtinuit Minos Rex Cretæ Iouis filius, de quo ita scripsit
Homerus in lib. ̑. Odysl.

Ἰὼς ἦται Μίνω κείνῳ Λιὸς ἀγλαὴν ὕδρ
 χροῖται σκῆπτρον ἔχοντα, θεῖαι δὲ βίαι τε τιμῶν τε
 ἦσαν· οἱ δὲ μὴ ἀμφὶ δίκας ἔσαντο ἀνεκτα
 καὶ βροτοὶ ἐπέσταν τε κατ' ἄρνυλλας ἂ' ἰδοῦσθαι.
*Hic sedens Umbra dabat hic sceptrumq; tenebat.
 Quem Regem stantes, quem Regem iura sedentes,
 Poffebant, anlam ditu que turba frequentat.*

Natus est autem Minos ex Europæ, quam alij Phœnicis, alij
Agenotis filiam crediderunt, & ex Iouis concubitu, quæ Sar-
peionem etiam & Rhadamanthum peperit, vt ait Ilæcius. Hic
cum furtiuo partu natus esse crederetur, post Iouis Aste-
rij obitum impediabatur à Cretensibus quo riuus in patet: